

1532. iē 22. Februarij.

Sigismundus I. Rex Poloniae,
Auditori Camere.

Reverendissime in Christo pater etc.

Reddita sunt nobis literae Domini:
nationis Vestrae Reverendissime, qui:
bus simul et de sua ad Cardinalatus
dignitatem promotione nos fecit certio:
res, et quo studio, quave observantia
nos prosequi velit declarat, quae utra:
que res cum sit nobis gratissima Do:
minationi Vestrae Reverendissime, im:
primis de assequutis amptissimis honori:
bus gratulamur. Deinde illi pro amani:
ti suae voluntatis et propensionis erga
nos significatione non vulgares agi:
mus gratias: vicissim id illi de nostra
benevolentia pollicentes, quod nihil sit
nobis tam difficile futurum, quod non li:
benter ad commodum et dignitatem illius
augendam prestaremus, modo illa exemplo
patris sui, Desideratissimi amici nostri,
nobis, regnare nostro favore, opera
officijque suis deesse velit, quoniam
vero et nunc quaedam curare et impe:
trare, a Sanctissimo Domino nostro
pro Ordinariis regni nostri et alijs sub:
ditis cupimus. Postulamus a vestra
reverendissima dominatione patri:
nari in his nobis apud sanctitatem
suam velit, et simul efficere, ut san:
ctitas sua petitionis nostrae rationem
habere dignetur, de his autem, quae

agenda

agenda erunt, singillatim Dominam;
tionem Vestram Reverendissimam
Venerabilis Stanislaus Przeczyca Ba:
nitentiarius minor, utriusque Juris
Doctor, et Solicitator noster doce:
bit, in quo rem gratam nobis pre:
stabit Dominatio Vestra Reveren:
dissima, quam illis nos vicissim omni
studio, et gratificatione nostra re:
ferre per occasionem curabimus, Do:
minus Deus servet Dominatio:
nem Vestram Reverendissimam diu
sanam et semper felicem. Datum
Cracovia die vigesima secunda Febru:
arii, Anno domini Millesimo quin:
gentesimo trigesimo secundo, regni
nostri Anno Vigesimo sexto. S